Universitätsbibliothek Paderborn

Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

Qvæstio XXXVIII. Quid causæ fuit, cur sub iudice Pilato pateretur?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

Visual Library

QVÆSTIO XXXVI.

Quem fructum percipis ex ſanctâ Conceptione & Natiuitate Chriſti?

Resp. Quod noſter ſit Mediator[a], & ſua innocentia ac perfecta ſanctitate * *noſtra* peccata, in quibus * *concepti, aut decepti ſumus*, tollat, ne in conſpectum Dei veniant[b].

* mea
* conceptus ſum, tegat,

a Heb. 7. 26. *b* Apoc. 1. 5.

b Apoc. 1. 5. *Commonere vos volo ſcientes ſemel omnia, quoniam Ieſus populū de terra Aegypti ſaluans ſecundò eos, qui non crediderunt, perdidit.*

Resp. *b* Quid ergo? Non hoc concludit tecturam ſolam peccatorum: neque peccati originalis, neque Concupiſcentiæ, quam innatum eſſe peccatum fingunt, inque vnâ cætera omnia.

DOMINICA XV.

QVÆSTIO XXXVII.

Quid credis? cum dicis, Paſſus eſt.

Resp. Eum toto quidem vitæ ſuæ tempore, quo in terris egit[a], præcipue vero in eius extremo[b], iram Dei aduerſus peccatum vniuerſi generis humani[c], corpore & *ſenſitiuâ* animâ[d] ſuſtinuiſſe, *quo ad pœnam ſolam hic temporalem, non infernalem*: vt ſua paſſione, tanquam vnico *Cruento* ſacrificio propitiatorio, corpus & animam noſtram ab æterna damnatione liberaret,[e] & nobis gratiam Dei[f], iuſtitiam[g] *nobis inhæſuram*, & vitam æternam[h] acquireret: *Niſi eâ nos indignos reddamus.*

a Eſa. 53. 2. *b* Mat. 27. 46. ex Pſal. 22. *c* Eſa. 53. 4. 5. 6. *d* Pſ. 22. 17. 18. Mat. 26. 38. Pſa. 22. 15. *e* Heb. 9. 12. *f* Rom. 5. 2. Ioh. 1. 17. *g* 2. Cor. 5. 21. *h* 1. Ioh. 4. 9. Ioh. 3. 14. 15.

QVÆSTIO XXXVIII.

Quid cauſæ fuit, cur ſub iudice Pilato pateretur?

Resp. Vt innocens[a] coram iudice politico damnatus[b], nos à ſeuero Dei iudicio *damnationis*, quod omnes manebat, eximeret[c].

a Io. 18. 31. 38. Lu. 23. 14. 15. Mat. 27. 19. 24. *b* Mat. 27. 2. Ioh. 19. 13. 14. 15. 16. *c* Eſa. 53. 5. Rom. 8. 34.

QVÆSTIO XXXIX.

Eſtne vero quiddam amplius, quod affixus ſit Cruci, quam ſi alio genere mortis affectus eſſet?

Resp. Sane amplius[a]. Ex hac enim re * *ſumus certi*, cum maledictionem, quæ † *nobis* incumbebat, in ſe recepiſſe[b], nam mors crucis erat à Deo maledicta[c].

* ſum certus
† mihi

a Philip. 2. 8. *b* Gal. 3. 13. *c* Deut. 21. 22. 23.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN